

Tamp.  
Wat. Lang.  
Gram.  
D

DE

REDUPLICATO LATINAE LINGUAE  
PRAETERITO.

---

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GUILIELMUS DEECKE.

LUBECENSIS.

---

LIPSIAE

TYPIS MELZERI.

MDCCCLXIX.



3 1761 09620359 1

1000  
1000  
1000

GEORGIO CURTIO

D. D. D.

AUCTOR.



Digitized by the Internet Archive  
in 2014

Duas lingua latina in formando praeterito perfecto vias sequitur: aut enim solae eius temporis personarum terminationes i, isti etc. verbi radici, plerumque vel reduplicatione, vel vocalis radicalis productione auctae, proxime affiguntur; aut mutilatum verbi auxiliaris esse vel fore (i. e. <sup>u</sup>fuere) perfectum, scil. si, sisti etc. vel ui (vi), uisti (visti) etc., non aucto vel etiam debilitato verbi themati agglutinatur. Quarum illam antiquiorem esse viam, apparet, quippe quam ipsa verba auxiliaaria iniisse necesse sit, priusquam ad compositorum perfectorum formationem adhiberentur. Porro quae in simplici perfecto, non reduplicato, reperitur vocalis radicalis productio, ea nisi ex syllabae reduplicativae iactura derivari non potest; quin, ubi nullo nunc modo verbi radix mutata videtur, olim tamen reduplicatione eam auctam fuisse, summam veri similitudinem attingit. Unde intellegitur, reduplicatam simplicis perfecti formam antiquissimis latinae linguae temporibus unice in usu fuisse. Quod consentiente agnatarum linguarum testimonio magnopere confirmatur, scil. italicarum (oscae et umbricae), graecae, hibernicae veteris, gothicae, bactrianae, sanscritae, quae primitivam illam perfecti reduplicati formam, omnibus quondam communem, aut latius adhuc regnantem, aut sane certissima eius vestigia ostendunt. Immo sanscrita etiam lingua circumscriptam perfecti formam commenta est, composito perfecto latino haut dissimilem. Omnia enim verba decimae classis, quae coniugationibus latinis primae, secundae, quartae respondet, porro polysyllaba et quae a vocali longa incipiunt, porro derivativa et quaedam alia, in formando praeterito perfecto, substantivi verbalis, femiini generis, accusativum in *ām* cum reduplicato radicis *as* (= *es-se*) vel

bū (= fū-ēre) vel kr (facēre) perfecto componunt, velut iḥ-ām-āsa vel iḥ-ām-babūva vel iḥ-añ-ćakāra (dominatus sum) v. Bopp Gr. crit. sausc. § 419.

Priusquam vero ad ipsas perfecti latini reduplicati formas perscrutandas accingamur, personarum nobis terminationes, omnibus perfecti formis communes, diligentius dispiciendae sunt. Quae ab agnatarum linguarum terminationibus ita discrepant, ut nonnulli docti et magnae auctoritatis viri, Boppio principe, conciliare eas desperaverint et perfectum latinum e reduplicatis sanscritae et graecae linguae praeteritis *aoristis* derivare conati sint v. Bopp Gr. compar. Ed. sec. II, 426 sq. Accedit, ut Corssen (de pron. I, 212 sq.) e quibusdam vetustiorum inscriptionum formis et e metrico poetarum, imprimis comicorum, usu vocalem i, a qua terminationes illae, excepta tertia pluralis, omnes incipiunt, productam olim fuisse coniecerit: quod si ita se haberet, vix ulla cum ceterarum linguarum praeteritis, ne aoristis quidem, analogia relinqueretur. Contra Pottius (Quaest. etym. Ed. pr. I, 248; II, 279 sq.), Curtius (Temp. et Modi pg. 206 sq.), Schleicherus (Compend. Ed. pr. pg. 739 sq.), alii gravibus argumentis perfecti latini concordiam cum sanscrito et graeco probare studuerunt, neque tamen ita copiose, ut non operae pretium sit, denuo hanc quaestionem proponere.

Quantum autem perfecti reduplicati terminationes in nobilissimis indogermanicae stirpis linguis inter sese differant, optime ex sequentis tabulae conspectu apparebit, quae septem linguarum formas amplectitur:

	lat.	graec.	sansc.	bactr.	goth.	borealis.	germ.vet.
Sg.	1. ī	ἄ	ā	a	—	—	—
	2. istī	ἄς	ītā	tā	t	t	i
	3. it	ε	ā	a	—	—	—
Du.	1.		īvā	(va)	u		
	2.	ἄτον	ātūs		uts		
	3.	ἄτον	ātus				
Pl.	1. imūs	ἄμεν	īmā	ma	um	um	umēs
	2. istis	ἄτε	ā		ut <sup>c</sup>	ud <sup>c</sup>	ut
	3. ērunt (ēre)	ἄσι	ūs	are	un	u	un

Quod si acrius hanc tabulam pervestigaveris, diversissimae eius formae magis magisque tibi congruere videbuntur nec communem earum originem amplius in dubitationem vocare audebis. In quo hoc monendum puto, non paucos comparativae grammaticae studiosos in eo adhuc errare, quod sanscritae et bactrianae linguae formas inconsultius primitivas arbitrentur, quum saepissime graeca et latina, interdum etiam germanicae linguae antiquiorem et vocabulorum et flexionum statum conservaverint.

Primum igitur tabula illa nos docet, omnes eas terminationes in duo elementa esse dissolvendas, nempe in propria personarum signa et vocalem quandam coniunctivam, cuius auxilio haec perfecti themati adiuncta sint. Quae vero a consonante incipiunt terminationes, videl. sec. sg. in bactriana, gothica et boreali lingua, prima (dual. et) plur. in bactriana, eas coniunctivam illam vocalem, antiquitus traditam, temporis tantum progressu amisisse constat. Quod etiam nonnullis sanscritae, graecae et latinae linguae perfectis, ac quidem saepissime in ipsis illis personis, accidit.

Complura enim verba sanscrita, in consonantem desinentia, velut *kśam*, *sjand*, *mṛg* etc. in sec. sg., pri. du. et plur. vocalem coniunctivam *i* ad arbitrium inserunt vel omittunt; quod plerisque verbis, in vocalem exeuntibus, in secunda saltem singularis persona facere licet; pauca admodum, in vocalem exeuntia, velut *dru*, *çru*, *stu* etc., *i* semper elidunt. His accedunt quaedam anomalorum perfectorum *vēda* (scio) et *āha* (dixi) formae, scil. *vētā* (scis); *vidvā* (ambo scimus); *vidmā* (scimus); *ātā* (dixisti) cf. Benfey Gram. sanscr. § 830 et 831; Bopp Gram. sansc. parva § 390 sq.; Gram. crit. ling. sansc. § 429—30 sq.

Graeca lingua nisi extra regulam, in quibusdam perfectis II, quae praesentis vice funguntur, vocalis coniunctivae *ᾱ* elisionem non admittit, ac rarius quidem dialectus attica, aliquanto saepius epica et ionica: (*δέδια* timeo)

*δέδιμεν*, ep. *δείδιμεν*; sed *δεδίαμεν* Isae. V, 22.

*δέδιτε*

cf. etiam

Imper. *δέδιθι*, ep. *δείδιθι*

ep. *δείδιτε* Il. v. 366.

Inf. ep. *δείδιμεν* Od. ι 274; κ 381.

Plqpf. ep. *ἐδείδιμεν* Il. ζ 99.

*ἐδέδισαν*, ep. *ἐδείδισαν*; sed. *ἐδεδίσαν* Thuc.  
4, 55 et 5, 14 (Be.) cf. Lobeckium ad Phryg.  
p. 180.

(*οἶδα* scio i. e. *φοῖδα* vel *φέφοιδα* = sansc. *vēda* = *vivāida*).

*οἶσθα* (i. e. *φοῖδ-θα*) = sansc. *vētā* (i. e. *vaid-tā*) = goth.  
*vāist* (i. e. *vait-t*); sed *οἶδας* Od. α 337 (Bekker sec.  
Zenod. *ῆδεις*); Herod. 3, 72; 4, 157.

*ἴστον*; sed sansc. *vidātus*, *vidātus*, goth. *vituts*.

*ἴμεν*, ep. *ἴδμεν* = sansc. *vidmā*; sed *οἶδαμεν* Herod. 2, 17;  
4, 46 = goth. *vitum*.

*ἴστε*; sed *οἶδατε* = sanscr. *vidā* = goth. *vitut<sup>ē</sup>*.

cf. etiam

Imper. *ἴσθι*, *ἴστω* etc.

Inf. ep. *ἴδμεναι*, *ἴδμεν*

Plqpf. *ῆστην* Arist. Av. 19.

*ῆσμεν* Arist. Geryt. fr. 198; Eurip. Herac. 658; Hec. 1112

*ῆστε* Sophoc. fr. 317.

*ῆσαν* Aesch. Prom. 449; Eurip. Cycl. 231; Rhes. 855.

ep. *ἴσαν* Il. σ 405; Od. δ 772; ν 170; ψ 152.

(ep. *ἄνωγα* impello, exhortor)

ep. *ἄνωγμεν* Ho. Hy. α 528.

cf. etiam

Imper. *ἄνωχθι*.

*ἄνώχθω* Il. λ 189; sed *ἄνωγέτω* Od. β 105.

*ἄνωχθε* Od. χ 437; Eurip. Herac. 241; Rhes. 987;

sed *ἄνώγετε* Od. ψ 132.

(*ἔοικα* similis sum)

ep. *ἔϊκτον* Od. δ 27.

*ἔοιγμεν* Sophoc. Ai. 1240; Eurip. Herac. 427; 681;  
Cycl. 99.

cf. etiam

ep. Plqpf. *ἔϊκτην* Il. α 104; φ 285; ψ 379; Od. δ 662.

(*ἐλήλυθα* veni, adsum)

ep. *εἰλήλουθμεν* Il. ι 49; Od. γ 81.



(πέποιθα confido)

cf. ep. Plqpf. ἐπέπιθμεν II. β 341; δ 159; ξ 55.

Maior harum formarum pars e poetici sermonis licentia et vulgaris pronuntiationis celeritate derivanda videtur; quaedam, velut δέδιμεν, fortasse praesentis verborum in -μι analogiam secutae sunt; οἶσθα solum et ἴσμεν (ἴδμεν) cum formis sanscritis ad literam congruunt et iam ante indogermanicae nationis dissolutionem in usum venisse videntur. Non igitur iis assentiri possum, qui, perfecti passivi (vel medii) graeci formis inducti, etiam activi perfectum vocali coniunctiva olim caruisse contendunt; immo sanscriti et bactriani Atmānēpadi (i. e. Medii) comparatio satis ostendit, passivum quoque graecae linguae perfectum demum post graecae gentis secessum e communi Indogermanorum patria vocalem coniunctivam eiecisse.

Quocum optime convenit, quod latina quoque lingua rarissimas simplicis perfecti formas vocali coniunctiva carentes praebet, atque eas quidem in solis perfectopraesentibus „memini“ et „coepi“ et in nonnullis poetarum, imprimis comicorum locis, qui vulgaris sermonis negligentiam affectaverunt:

(mēmīni)

cf. mēmōto, mēmōtote v. s. ἴστω, ἀνώχθω etc.

(coepi)

coepsti C. L. Caec. 69 (sic Ribb., libri coepisti) v. s. οἶσθα.

(dedi) v. Corssen de pron. II, 100.

dedisti Pl. Trin. 127 et 129; Men. 689 (Fl. sec. cod., non probante Ritsch. v. Prol. CXXV).

cf. dedisse Pl. Amph. 761; Ps. 990 (Fl. sec. cod., n. pr. Ri.).

(bibi) v. Corssen l. c.

bibisti Pl. Stich. 721 (Fl. sec. cod., n. pr. Ri.).

(cēpi)

accepsti Pl. Trin. 420; 964 (Ri., sed Fl. ācepisti).

(totondi)

cf. attotōnse (= attotōndisse) Verg. Catal. 8, 9.

(ēdi)

cf. ēsse (= ēdisse) Charis. G. L. I, 261, 29; Diom. ib. 387, 1.

comēsse Pl. Men. 627; Most. 14; C. L. Pomp. 72.

(<sup>s</sup>ēssim = ēdērim) sq.

comēssis Pl. Men. 617.

ēssēm (= ēdissem) cf. Charis. et Diom. l. c.

De elisione vocalium i et ě et syllabarum si et ui (vi) in *compositis* perfectis latinis disserere hic nihil attinet, quippe quam vetustiori latinae linguae statui non posse attribui liqueat.

Alterum, quod e suprascripta tabula pateat, id pono, primitivam vocalis coniunctivae formam, ut in praesentis tempore, ā fuisse, quam graeca quidem lingua nisi in tertia sg. in ε degenerare non passa est, ubi contra sanscrita et bactriana integram eam retinuerunt. Ceteris in linguis diverso modo debilitata est: Germanicae enim linguae in omnibus dualis et pluralis personis ā in ū obscuraverunt, quibus sanscrita in tert. pl. se adiungit; latina vero in omnibus personis, excepta tertia pl., ā in ĩ attenuavit, quod et sanscritam et germanicam veterem in sec. sg., sanscritam etiam in prima du. et plur. fecisse videmus. Nec memorare piget, easdem vocalis a mutationes etiam in substantivis haut raro inveniri cf. sanscr. danta-s = goth. tunfu-s = lat. (denti-s), unde dentium; sansc. agni-s = lit. ugni-s = lat. igni-s.

Transeamus iam ad singulas personarum formas perspiciendas! Prima sg. apud Indogermanos in perfecto reduplicato olim terminatione ām (i. e. a + am) usa esse videtur, quae leviter tantum ex praesentis terminatione āmi hebetata est. Sanscritae enim radices, in ā, ē, āi et ō exeuntes, porro mi, mī, dī et lī, in pr. et tert. sg. persona, abiecta vocali finali, terminationem āu adsument, quam Benfeyus (Gr. sansc. § 830, not. 1, 6) ex agglutinato radice bī perfectō babīva, intercedentibus formis-būva, -va, -u, derivare conatur, sed haut scio, an nimis audacter; equidem āu in prima sg., ut in locativis matāu (= matjām), dēnāu (= dēnvām) etc., ex ām ortam et perperam in tertiam personam translata esse, vero propius puto. Quocum graeca optime lingua congruit, cuius perfectum non, ut imperfectum et aoristus II, in ον (= sanscr.-ām), sed, ut aoristus I, in α (= sanscr. -ām) exit. Etiam sanscrita lingua, exceptis solis supradictis radicibus, item bactriana ām in ā mutilaverunt, quam vocalem latina, in debilitanda terminatione

porro progressa, in ĭ attenuavit, germanicae vero linguae prorsus abiecerunt. Quod si apud scriptores latinos ĭ fere ubique productam reperimus — cf. etiam poseivei (= posui) Or. Insc. 3308; fecei J. N. 6276 cf. Ri. Monum. ep. tr. (Mil. Popil.); conquaeisivei (ibid.); futue (e = ĭ) Gar. Gr. Pomp. A. 2. 4; videi Enn. Trag. 123. (sic Vahl., non prob. Ribb.; videt Abrinc. Erl., teste Orellio; vidi ceteri) — id e communi linguae latinae regula deducendum est, quae quondam in vocabulorum fine i brevem omnino non admisit. Sexto demum ab urbe condita saeculo, vitae consuetudo, quum omnes in vocalem exeuntes verborum et nonnullas pronominum et particularum formas *iambicas*, quibus e substantivorum numero hōmō accessit, correpta ultima pronuntiari pateretur, etiam vocularum mihi, tibi, sibi, ibi, ūbi, nisi, quāsi i finalem, in vetustissimis monumentis constanter ei (= ĭ) scriptam, ad arbitrium corripuit: quae correptio in vocibus nisi, quāsi, necubi, sicubi, ubinam et ubivis mox communem in ūsum irrepsit, quum semper tamen utī, ibīdem et ubīque producantur cf. Ritsch. Prol. in Pl. Trin. CLXVI sq. Ex variis verborum latinorum formis quaedam imperativa, infinitiva (passivi et deponentis) et perfecta, in i exeuntia, apud comicos, ad vulgarem pronuntiationem proxime accedere solitos, correpta ultima inveniuntur, velut ābī (cf. etiam ābīn = abīsne Pl. Amph. 857; Ter. Andr. II, 1, 17); vēñ — dārī Ter. Ad. III, 2, 13; Phor. II, 1, 31; Pl. Rud. 960; pātī Pl. Aulul. IV, 9, 16; lōquī Pl. Bacch. 1104 (Fl. sec. cod., non pr. Ritsch.) — bībī; sttēī; dēdī Pl. Trin. 728; Mil. 131; Capt. 364; Poen. I, 3, 7; etiam dēdīn Epid. V, 2, 38.

Primitiva secundae sg. personae terminatio asta fuit, a qua latina istī nonnisi utriusque vocalis attenuatione in ĭ recedit, quarum finalis secundum supra dictam regulam producebatur cf. etiam gessistei t. Scip. P. f. (Or. 558); restitistei t. v. App. (Mus. Rhen. VIII, 288). Non tamen reticere volo, Curtium (Quaest. gr. et lat. p. 248) vedicam quandam sec. pers. formam in -tā attulisse, e cuius ā, si quidem primitiva est, latina diphthongus ei directe orta esse potest. Sanscritae vero et bactrianae linguae terminationes itā et tā, nec minus graecam  $\vartheta\alpha$  (cf.  $\omicron\iota\sigma$ - $\vartheta\alpha$ ) ex antiquioribus formis asta, ista, sta ortas esse, optime iam Kulnius (Compar.

Gramm. Ann. 3, 436) demonstravit. Haut raro enim in arianis et in graeca lingua litera s, cum spiritu quodam elata, insequentem tenuem aspiratione auget, ipsa vero conticescit, cf. etiam in inscriptionibus latinis inferioris aetatis iti pro isti: promisiti Or. Hz. 5774; vixsiti (xs=x) Steiner C. I. D. et Rh. 452; Mai J. Chr. 434, 6. Contra in germanicis linguis s insequentem tenuem ab aspiratione defendit: itaque dubitari non potest, quin gothica et borealis sec. sg. perfecti terminatio t, antecedentis olim s auxilio, integra servata sit, laesa Grimmii lege de progressiva in linguis germanicis consonantium mutatione. Graeca denique lingua, excepto *οἶσθα*, priorem tantum terminationis primitivae syllabam *ας* retinuit. Quod si perfecti terminationem asta (=a-s-ta) cum praesentis et imperfecti terminationibus asi et as = a-si, a-s) comparamus, dupliciter in illa sec. personae signum expressum esse docemur. Et enim si, s, et ta diverso modo e sec. pers. pronomine mutilatae esse videntur cf. gr. *σύ* etc.; lat. Dat. ti-bi, et sansc. Nom. tvam, Gen. Dat. tē (=ta-i) sq. Eadem secundae personae signi duplicatio, perspicuitatis et gravitatis causa, in crebris epicae Graecorum dialecti coniunctivis in *ησθα* et quibusdam optativis in *οισθα* — cf. *βάλοισθα* Il. ο 571; *κλαίοισθα* ω 619; *προφύγοισθα* Od. χ 325 — etiam in atticis imperfectis *ἤειςθα* (ibas), *ἔφησθα* (dicebas), *ἦσθα* (eras) et *ἤδηςθα* (sciebas) reperitur. Quin latissime in germanicis linguis serpsit: in vetere enim Germaniae superioris dialecto rarius Otfridus, saepissime iam Notkerus, in praesente Indicativi et Coniunctivi et in imperfecto Coniunctivi, secundae pers. sg. signo s literam t adiciunt, e postposito sec. pers. pronomine du ortam, cf. var-i-s-t, var-ī-s-t sq., v. J. Grimm Gram. Germ. I, ed. sec. p. 857, 5. Media eiusdem linguae aetate constanter iam tempora illa terminationem est (st) praebent, quam hodie etiam Indicativi imperfectum adsumpsit. Similiter vetus Saxonum dialectus pauca adhuc terminationis compositae st exempla edit, velut bi-s-t (es), kan-s-t (potes), farman-s-t (aspernaris); Anglosaxones eam in Indicativi praesens et compositae coniugationis imperfectum omnino receperunt; hodie etiam simplicis coniugationis imperfectum Indica-

tivi ac omnia Coniunctivi imperfecta invasit, paucis verborum auxiliarium formis exceptis. —

Tertia sg. persona antiquitus terminationem *āt* habuit, quae eodem modo e praesentis terminatione *āti* obtunsa est, quo primae personae *ām* ex *āmi*. Cui latina item terminatio *īt* proxime accedit, attenuata tantum vocali coniunctiva. Sanscrita, bactriana et graeca lingua, abiecto proprio personae signo, vocalem solam retinuerunt, quam graeca quidem, ut in imperfecto et in aoristis, in *ε* imminuit. Germanicae vero linguae etiam vocalem amiserunt. Nec igitur mirari debemus, quod in vulgari sermone latino, maxime posterioris aetatis, terminationem *īt* vario modo et emollitam et hebetatam reperimus. Inscriptiones enim et libri sequentes formas praebent:

id: fecid cist. Praen. (Or. 2497; C. I. L I, 54); Rossi J., 384.  
liquid Grut. 670, 5.

reliquid Grut. 691, 8; 942, 8; Or. Hz. 6669 sq.

placid Rossi Rom. sott. J. Tab. 27, 8.

struxid Or. 132.

vixid Torrem. J. Sic. 17, 40 sq.

liquid, reliquid, deliquid, dereliquid saepe in libris.

iniquid saepe in libris cf. Mai Cl. auct. VI, 579.

cf. osc. fefacid, fuid Mo. 283, 29.

i(t): dedīt (ante consonantem) Ter. Eun. V, 8, 15; Pl. Tr. 902;  
Most. 649; Rud. 1171 (Fl. sec. cod., non pr. Ritsch.).

cf. agīt, iacīt sq. apud Pl., v. *Λεουδεδι* Mar. pap. dipl.  
121, 56.

feci (*φηχι*) Bold. 53 a 4.

vixi Rossi J. 276.

visi Lupi 185, 2 sq.

exsivi Rossi J. 572.

militavi Boiss. J. L. 17, 11.

requievi ibid. 20.

ministravi, evangelizavi sq. Clar. Epp. Paul.

et: cepet, ceset (=gessit), duxet, merset, exemet sq. Col. rostr.  
rest. R.

dedet t. Scip. Barb. f.; J. N. 5567.

- fuet t. Scip. Barb. f.  
 fecet, iuset, dixet etc. L. Jul. munic.  
 posedet t. Genuat.  
 curavet J. N. 1586.  
 emet Fleetw. 386, 4.  
 imet Bold. 429, 11.  
 ficet Le Blant J. Chr. 350 sq.  
 fecet J. N. 574; Cean Bermudez 132, 1.  
 posuet, militavet, vixet, obiet, transiet, serviet sq. saepissime  
 in inscriptionibus christianis.  
 miset Verg. G. 4, 362 (P.).  
 videt Amiat. Joh. 1, 29; 20, 1. 5. 6. 14; Fuld. Joh. 20, 5;  
 Act. App. 9, 12 sq.  
 cf. prov. — et.  
 e: dede t. Pisaur. (Ri. fict. lat. 27; C. I. L. 169. 180) v. Deus-  
 dede Mar. pap. dipl. 120, 75 sq.  
 cf. it. diede; pr. Daude.  
 dixe Fabr. 1, 94. cf. it. disse.  
 eme Fabr. 8, 51.  
 fece Fleetw. 455, 5; Bull. arch. Nap. n. s. 7, 232 sq.  
 Melch. e Visc. Silloge 123.  
 cf. it. fece.  
 vixe, visse etc. Fleetw. 366, 4 sq.  
 cf. it. visse.  
 essibe (=exivit) Mus. Ver. 264, 11.  
 redie Cant. Act. App. 132, 5.  
 cf. gr. — ε, sp. hice=fecit.  
 t: fect J. N. 406; Mar. Att. 644 b; Murat. 1180, 11 sq. Verm.  
 Ant. isc. Perug. 531, 160; Ann. arch. d. Const. 1862  
 p. 132, 90.  
 vixt, vist etc. J. N. 2795. 3395 sq.  
 donavt Mar. Att. 619.  
 triumphavt (ter) C. I. L. I.  
 consu(mm)avt Bull. arch. It. 1, 68.  
 (mili)tavt Mar. Att. 644 a.  
 expensavt J. N. 2800.

exivt Lupi 186, 1.

post Stein. C. I. D et Rh. 455 (?).

duxt Pal., Verg. Aen. 6, 888.

surrext Pal., Ev. 273 a 17.

mist Vind. Liv. 41, 23, 15.

d: pedicavd Garrucci Gr. Pomp. A. 3.

cf. Corss. de pron. I, 213 sq.; II, 102 sq.; Schuchardt I, 118 sq.; II, 46 sq.; 399 sq.; III, 61. 180 sq.; 285 sq.

Contra optime iam Lachmannus (ad Lucr. 3, 1042) admonuit, verba iit et petiit cum compositis i altera extenta proferenda esse. Cuius rei primum argumentum ex inscriptionibus vetustioribus duxit, in quibus haut raro — ieit et — iēt leguntur, alterum e poetis, imprimis ex Ovidio, qui saepissime — it produxit et quidem aliis condicionibus, quam quibus caesurae vel arsi aliquid concedere solitus est. His perfectis alia quaedam addenda videntur, scil. bibit, dedit et stetit cum compositis, in quibus finalis radice vocalis cum terminationis initiali coaluit; fortasse etiam fuit (= fūvit) cf. sansc. baḥūva;

dedit Mar. fr. Arv. p. 607.

vendidit Pl. Capt. 9.

cf. redideique Mil. Pop. (Ri. Mon. ep. tr.).

stetit Ter. Phorm. 9.

astitit Pl. Mil. 213.

fuit t. Scip. Barb.

fuēt t. Scip. Barb. f.

profuit Sen. Hec. 463. v. Corssen de pronunt. Ed. pr.

I, 352 sq. et Ed. sec. pg. 608 sq.

cf. etiam

petiei t. Scip. Hisp. (Mus. Rh. 8, 491; 9, 6).

interieisti J. N. 3833.

Minime vero Corsseni et Fleckeiseni (Nov. Ann. LXI, 23) opinio probanda est, terminationem it omnio olim productam fuisse: nam quae afferunt exempla haut ita multa, aut dubia sunt, aut satis excusationis habent, velut in arsi vel ante vocabulum Graecum vel in penthemimeri sequente *et* copulativo, vel etiam ante interpunctionem fortiolem. Sunt autem haec:

optigīt Pl. Stich. 384 (Ri. optigit mi hereditas); Rud. 927  
(óptigit, || ut).

vixit Pl. Ps. 311.

respexit Pl. Poen. I, 2, 197.

emit Pl. Poen. V, 2, 99.

iússit: || ibi Pl. Merc. 358.

potuīt Pl. Mil. 1076.

docuīt T. L. Liv. 33.

enituit || impulso Verg. G. 2, 211.

illisit ossa Verg. Aen. 5, 480 (Ribb. illisit in ossa).

occubuit || in Ov. Her. 9, 141.

prosiluit: Ityosque Ov. Met. 6, 658.

impediit || et inani Ov. Met. 12, 392.

impediit Hymenaeos Val. Fl. 8, 259.

perrupit Acheronta Hor. Od. I, 3, 36.

Restat posedeit in t. Genuat., fortasse lapicidae error.

Prima plur. persona procul dubio in āmās olim exiit. Latina lingua priorem ā attenuavit, posteriorem obscuravit; contra germanica vetus fecit, cuius ē in ūmēs irregulariter productam puto propter obtusam gothicae et borealis formam ūm. Graeca quidem lingua coniunctivam ā sola servavit, sed alteram ā in ε imminuit, abiecta s finali, cuius loco ν (epheleysticon) affixit cf. doricam terminationem *ἀμεσ*. Sanscrita vero et bactriana lingua, quamvis amissa s, ā tamen antecedentem, accentus vi, integram retinuerunt, coniunctivam autem ā illa, ut latina, in ĩ debilitavit, haec omnino elisit.

Nec minus elucet, secundae plur. personae terminationem astās quondam fuisse, cui proxime iterum latina istīs accedit, ut in singulari isti a vetustissima forma astā minimē discrepat. Vulgaris postea sermo latinus alteram ĩ in ě debilitavit, quae in romanis linguis praevaluit cf. fecestes Ver. Sulp. Sev. 113, 21; saltastes Pal. Ev. 291 a 20; vetastes ibid. 328 a 16; et pg., vet. sp., vet. frc. — stes; frc.  $\hat{a}$  tes; it. — ste. Sanscrita lingua in sec. plur. quidem solam vocalem ā coniunctivam retinuit, accentu oneratam, sed in sec. dualis communem olim amborum numerorum formam leviter tantum obscuravit, scil. āfus (= astus),



quacum optime et graeca ἄτον pro ἄτος (ut ἄμεν pro ἄμες) et gothica uts pro uſtas, etiam bactriana secundae dualis Atmanepadi terminatio-ātarè pro-astas-è conveniunt. Contra graeca secundae plur. terminatio-ἄτε (cf. ital. -ste), cum germanicis eiusdem personae formis, scil. gothica ut<sup>f</sup>, boreali ud<sup>f</sup> (=ut<sup>f</sup>) et germanica vetere ut (=ud) secundum Grimmii legem optime congruens, s priorem olim iam elidi solitam esse commonstrat; unde magis veneranda latinae formae istis antiquitas profulget.

Restat tertia plur. persona, cuius terminatio primitiva, ut secundae sing., reduplicata fuisse videtur, nempe antant cf. praesentis terminationem anti et imperfecti et aoristorum ant. Plenissima saltem et antiquissima latinae linguae forma ēront — cf. dederont t. Veron. (Or. 3147); feceront Malvas. Marm. Fels. 306, 6; probaveřont Quint. I, 4, 16 — vetustiores formas ēsont, ensont, entont postulat cf. vicesimus = vicensusus (t. Genuat.) = (vicent-tumus) = sansc. vinça(n)titamas etc. Apud classicos ō, ut in praesentis tempore, nisi antecedente qu vel v, ubique in ū obscurata invenitur. Graeca, bactriana nec non umbrica lingua posterioris tantum syllabae vocalem retinuerunt, priorem vero simili, quo latina, modo mutilaverunt v. ἄσι, āre, uso v. c. benuso = venerunt; covortuso = converterunt etc. (K. A. 1, 82 et 143—6). Ceterae linguae posteriorem terminationis partem omnino abiecerunt ac ne priorem quidem integram servaverunt, nam sanscrita aut in ūs obscuravit (cf. umbr. us-o), gothica et germanica vetus in ūn, borealis in ū. Verum etiam latina lingua, maxime vulgaris inferioris aetatis sermo, pleniorum huius personae terminationem, ut tertiae sing., varie et attenuavit et hebetavit. Reperiuntur enim formae:

ērunt iam apud optimos aureae aetatis poetas et probabiliter etiam oratores.

irunt, plerumque certe correpta ĩ pronuntianda:

fecerunt Rossi J. 545; 1292. Guasc. Mus. Cap. 975 sq.

cf. etiam Pard. App. 9, 4.

posuirunt Renier J. A. 4274; Insc. ap. Mar. pap. dipl. 120 sq.

vixirunt J. N. 7233.

- venirunt Bern. Euseb. 183, 1.  
     invenirunt Mone Mess.; Form. Andeg. 31.  
 deiecirunt Mone Mess.  
 fuirunt Pard. 388, 5.  
     ostendedirunt Mar. pap. dipl. 67, 10.  
 irint: fecirint Mur. 1822, 5; Bold. 375, 2. cf. infra ēri.  
 irum (=irūn): comparabirum (=averunt) Lupi 24.  
     fecirum Passion. 12, 79.  
     cf. sansc. Atmanep. -irē, bactr. -airē  
     v. Schuchardt I, 282—3; III, 119.  
 erum: fecerum Or. Hz. 7360.  
     emerum Bold. 53 b 6 sq.  
 erut: fecerut Nicol. d. Bas. d. S. Paol. 232.  
 erun: fecerun J. N. 2658. Bold. 380, 4.  
 eru: emeru C. I. L. I, 1148.  
 ěrunt: deděrunt Pl. Poen. I, 2, 13.  
     cf. frc. -rent v. c. vin-rent.  
 runt: fecrunt Murat. 1135, 14.  
     fĕrunt Lupi 105, 4; Or. 4670; Gori J. Etr. 3, 295;  
     432 sq.  
     cf. frc. firent.  
 ru: fecru Ann. arch. d. Const. 1862 p. 134; 195.  
 rot: dedrot t. Pisaur. (Ri. fict. lat. 27).  
 ro: dedro t. Pisaur. (Or. 1500). cf. umbr. uso  
     v. Corssen de pron. I, 260.  
 re: fere (=fec-re) Ver. Plin. 94, 1.  
 ěre: iam in vetustissimis inscriptionibus, velut censuere J. N.  
     715; 716 (Venus.), et apud optimos scriptores v. Cic.  
     orat. 47, 157 et Quint. I, 5, 4.  
     cf. bactr. āre.  
 ěri: dederi C. I. L. I, 187.  
     habueri Verg. G. 2, 427 (P.).  
     cf. gr. -ᾱσι.

Omni igitur dubio de latini perfecti terminationum origine sublato, quas repperimus, earum formas cum primitivis conferamus:

---

indogerm. <i>ām</i>	=	lat. <i>ī</i>
<i>asta</i>	=	<i>istī</i>
<i>ăt</i>	=	<i>īt</i>
<i>ămăs</i>	=	<i>īmūs</i>
<i>astăs</i>	=	<i>istīs</i> (u)
<i>antant</i>	=	<i>ēront.</i>

---

Unde summa latinarum formarum antiquitas apparet, quae praecipue vocalis coniunctivae *ă* attenuatione in *ī* a primitivis discrepant.

Triginta radices verbales latinae in perfecto tempore reduplicationem aut semper retinuerunt, aut florentissima demum linguae aetate abiecerunt, scil. *bă*, *căd*, *caed*, *căn*, *cěl*, *curr*; *dă*, *dēc*; *fall*, *fid*; *měn*, *mord*; *păg*, *păr*, *parc*, *pēd*, *pěl*, *pend*, *pěr*, *posc*, *püğ*; *scīd*, *spond*, *stă*; *tăg*, *těn*, *tend*, *tond*, *těl*, *tund*. E quarum numero *cěl* et *pěr* nonnisi in compositis quibusdam inveniuntur cf. perfecta

*excūli* (= *ex-cecūli*) Prisc. G. L. II, 526, 19.

*percūli* (= *per-ceculi*).

et

*compěri* (= *com-pepěri*).

*reppěri* (= *re-pepěri*).

*Fīdi* quidem ubique reduplicatione caret; sed propter brevitatem paenultima et analogiam perfecti *scicīdi* dubitari non potest, quin apud vetustissimos reduplicatum fuerit. Radicem *dēc*, non *dīc* posui, derivatorum causa, velut *dēcus*, *ōris*; *dōceo* etc.; *dīscō* enim e *dēcīscō* contractum est, ut *pōscō* e *prōcīscō* vel *porcīscō*. Simili modo *těl*, non *tūl* vetustissimam radicis latinae formam esse conieci, et ex analogia radicum *cěl* et *pěl*, quarum perfecta (ce)cūli et pepuli eadem ratione formata sunt, qua tetūli, et ex derivatis *subtel*, *llis*; *tellus*, *ūris* etc. cf. etiam *umbr. entelust* = *intulerit* (VI b 50); *entelus* = *intuleris* (I b 12); v. Zeyss Gr. comp. Annales XVII, 413 sq. *Bă*, *dă* et *stă* finalem radicis vocalem *ă* ante initiales

terminationum vocales ĭ et ē in omnibus perfecti personis eiiciunt, cf. bībi, dēdi, stēti etc., exceptis tantum rarissimis tertiae sing. formis in-eit vel-īt, de quibus v. s. p. 15. cf. graec. ep. et aeol.:

Inf. γεγ-ἄμεν Il. ε 248; v 106, 209; Pind. Ol. 9, 110.

ἐκγεγ-ἄτην Od. κ 138.

Pft. μέμ-ἄτον Il. θ 413; κ 433.

μέμ-ἄμεν Il. ι 641; ο 105.

μέμ-ἄτε Il. η 160.

Imp. μεμ-ἄτω Il. δ 304; v 355.

Plpf. μέμ-ἄσαν Il. β 863.

sansc. dad-āu (=dedi), dad-īta, dad-āu, dad-ivá etc.; pap-āu (=bibi) etc., tastāu (=steti) etc.

Vocalis ä brevis in radicibus dā et stā per supina dātum et stātum et multa derivata probatur; hā eodem modo e pō (=pā) correpta est, quo dā e dō (=dā) cf. dōnum etc. Initialis vero consonantis emollitio antiquissima est cf. ved. pibāmi, sansc. pivāmi = bibo etc.

Inter initiales radicum literas igitur p saepissime, scil. novies, reduplicationem integram servavit; t sexies; c quinquies; praeterea unaquaeque harum consonantium, cum antecedente s coniuncta, semel; d, f, m bis syllabam repetitam retinuerunt, b semel. Nullum autem verbum, quod a vocali vel a consonantibus g, h, l, n, q, r, s pura, v incipit, reduplicationis patiens extat cf. tamen praesens gigno (=gigēno). Porro duo tantum verba cum vocali radicali producta reduplicationem admittunt, quorum pēd-o e<sup>a</sup> perd-o ortum est cf. sansc. pard-ē, gr. πέρδ-ω etc., caed-o vero satis dilucidae adhuc explicationis indiget cf. tamen goth. skáid-a.

Reduplicativa perfectorum latinorum syllaba olim, ut graecorum, sola vocali ě usa esse videtur, quam etiam aureae aetatis scriptores praeoptaverunt, testibus Gellio VI (VII), 9, 12, qui M. Tullium et C. Caesarem mēmordi, pēpugi, spēpondi, Aelium Tuberonem occēcurri dixisse affirmat, nec minus Nonio (p. 140, 22), apud quem ex Valerii Antiatis Annalibus perfecta pēposci et spēpondi proferruntur. Quibus et inscriptionum et optimorum librorum auctoritas accedit, qui haut raro vetustiore illam formam cum ě praebent, v.

bēbit Verg. Aen. 11, 804 (P.).

inbēberunt Bob. Symm. 50, 7.

dēdicisti Bob. Symm. 4, 5.

dēdicit Pal. Ev. 135 b. 11; Goth. Ev. 28 b. 14; Clar.  
Epp. Paul. 486, 6.

dēdicistis Clar. Epp. Paul. 337, 15; Sess. Aug. Spec. 94, 31.

dēdicerunt Sess. Aug. Spec. 72, 9.

dēdicerit Goth. Ev. 426 b. 5.

cf. Schuch. II, 9.

mēmordit C. L. Laber. 28; Verg. Aen. 11, 418 (P.).

admēmordit Pl. ap. Gell. VI (VII), 9.

mēmorderit Enn. Sat. 36.

mēmordisse C. L. Atta 6.

pēpugero C. L. Atta 2.

spēpondit Or. 4358.

Paullatim tamen in verbis cum radicali ĭ, ō, ū hae vocales in repetitam quoque syllabam irrepserunt, quorum analogiam bibi et didici (cf. scicidi) propter praesentia bibo et disco falso secuta sunt. Vulgaris vero sermo etiam in aliis perfectis ē sequenti ĭ assimilavit cf.

cicinimus Goth. Ev. 61 b. 13.

didit (= dēdit) Or. 4383; Or. Hz. 6183.

didet Bull. arch. Rom. 1865 p. 37.

cf. sicil. ditti.

mimini Keil praef. G. L. I, XLI, 16.

cf. miniscitur Fest. 122, 18.

Nunquam autem ū, non radicalis, in priorem syllabam recepta est, quo magis etiam probatur, tētūli a radice tēl, non tūl, derivandum esse; nusquam enim tūtūli reperitur. Inter formas stēti et stīti, promiscue olim usitatas, inferiorum grammaticorum subtilitas vanum discrimen statuere conata est, auctore Gellio (II, 14, 1), qui in Catonis Cens. oratione contra Tiber. exulem stītisses (cf. Cato 60, 3) legendum esse contendit, quod librariorum ignorantia in stētisses correctum sit; stēti enim a stare, stīti vero a sistere formari. At nec in simplicibus, nec in compositis tale discrimen inscriptionum vel librorum fide confirmatur.

Verum in compositis verbis bībi quidem ubique immutatum reperitur, dēdi autem et stēti post bisyllabas praepositiones et alias particulas, quibuscum laxius cohaereant, plerumque non mutantur, post monosyllaba ē in ĩ attenuant. Saepius tamen libri, vulgi pronuntiationem secuti, nec minus inscriptiones utramque regulam transscendunt cf.

interdidit Not. Tir. 20.

interstitit Amm. 16, 9 (Ernesti).

Et contra:

inbeberunt Bob. Symm. 50, 7.

addedit Verg. G. 4, 150 ( $\gamma$ ); Aen. 3, 336 ( $\gamma \alpha$ ).

addederat Verg. Aen. 6, 170 ( $\gamma?$ ).

condedit Verg. Aen. 7, 619 et 8, 66 (b).

Le Blant J Chr. 44 et 669.

ededit Verg. Aen. 7, 194 (P).

edididerit (pleonast.) Pal. Ev. 131 b. 7.

perdedit Verg. Geo. 4, 494 (M).

M'Gaul Insc. Brit. Rom. 29.

reddedit Fleetw. 349, 1; Le Blant J. Chr. 543, A.

Passion. 12, 75.

rededit Malvas. Marm. Fels. 433, 3.

reddedissee Or. Hz. 6087.

reddedissee *ibid.*

tradedit Le Blant J. Chr. 55.

tradediderit Verg. Aen. 4, 619 ( $\gamma$ ).

cf. etiam con-, cre-, e-, per-, red-, tra-, vendedi etc. ap.

Schuch. II, 9.

adstetit Verg. Aen. 3, 194 ( $\alpha$ ).

adsteterunt Amiat. Act. App. 4, 26.

exteterit Lugd. Cod. Theod. 6, 10, 1.

extetisse Goth. Ev. 6 a 4.

persteterunt Amiat. Arg. Ephes.; Arg. Philipp.

praestetit Mone Mess. 3 (20, 12); Vat. L. Burg. 31, 4.

praestetisse Mar. pap. dipl. 64, 40.

pristetisse *ibid.* 65, 13.

substetit Verg. Aen. 2, 739 (a).

Decompositum abscondo, cuius compositio cum verbo dāre non satis clare percipiebatur, iam apud meliores latinitatis scriptores perfecti reduplicationem amisit cf.

absconderat Curt. VI, 6, 30.

absconderant Tac. hist. 3, 68.

abscondisse Gell. 17, 9, 16.

Quod in vulgari inferioris aetatis sermone etiam aliis verborum dāre et stāre vel sistēre compositis accidit, quamvis magna sequentium formarum pars potius e contractione quadam vel librariorum errore derivanda videatur:

crederunt Goth. Ev. 460 b. 6. cf. ital. credérono.

credisset Flor. Dig. 70, 17. cf. ital. credesse.

reddit (=reddidit) Flor. Dig. 33, 8, 23. cf. frc. rendit.

reddisset Flor. Dig. 33, 8, 7. cf. frc. rendit, it. rendesse.

subdisti Flor. Dig. 49, 14, 3, 4. cf. it. desti (=dedisti).

vendrit Or. 3882 (=vendiderit).

constit J. N. 3528.

exit Flor. Dig. 130, 9 Mo.

extisse Flor. Dig. 36, 1, 17.

praesti J. N. 6313.

praestit Mar. Insc. Alb. 191, 1.

Flor. Dig. 93, 35 Mo.

substit Verg. Aen. 8, 87 (P.).

v. Schuchardtium II, 434—435; III, 294.

At ex contrario haut pauca verba, in -do exeuntia, non secus ac si cum dāre composita essent, in perfecto non -di solum, sed -dēdi vel -didi adsumunt, cuius aberrationis certissima iam apud comicos latinos exempla reperiuntur. Multo post vero ita praevaluit, ut etiam nonnulla verba in -deo, et batt(u)o, eandem reduplicationis viam inierint cf.

incendederit Guelf. L. Sal. 16, 1.

incendiderit III Te. L. Sal. 55, 7 Pard.

fundederit Epor. Ed. Liutpr. 152, 12.

fundiderit Guelf. ibid.

- mandidi Prisc. G. L. II, 419, 13.  
 pandiderunt For. Marc. 1, 10.  
 pendiderit I Te. L. Sal. 29, 2; Monac. L. Sal. 29, 4; L. Rip.  
 V, 5. 6. 8.  
 prendidit Sil. 15, 632 (al. prenderit).  
 prendiderunt Amiat. Joh. 21, 3.  
 comprehendērint Taur. Cic. pr. Cael. 1023, 3.  
 ascendiderat Pal. Ev. 125 a 67.  
 descendidit Val. Ant. ap. Gell. VI (VII), 4.  
 descendiderant C. L. Laber. 20.  
 adtendēdit Form. Andeg. 52.  
 ostendedit Pard. 429, 15; 434, 18.  
 ostendedirunt Mar. pap. dipl. 67, 10.  
 prandidi Diom. G. L. I, 355, 3; 367, 17 cf. Prob. IV, 184, 18.  
 expopondedit Mar. pap. dipl. 66, 34.  
 respondidi nihil est Caper 2245.  
 battederit Ed. Roth. 27, 20 (Epor. Verc.); 73, 44 sq. L. Sal.  
 (saepius) etc.  
 hattiderit Ed. Roth. 27, 20 (Cav. Ma.); Her. L. Sal. 38, 4 sq.  
 abbattiderit Her. L. Sal. 44, 9.  
 battederent Ed. Roth. 73, 53 Ve.  
 batteterint Epor. Ma. Ed. Roth. 19, 45 Ve.  
 v. Schuchardt I, 35 et III, 10.  
 cf. perfecta ital. in -detti (= dēdi), in analogiam perfecti stetti formata.

Praeter bibi, dēdi et stēti, etiam perfecta didici, mēmini et pōposci in compositis repetitam syllabam ubique retinent nec in vulgari sermone unquam abiecerunt. Plerumque etiam cūcurri in compositis integrum permansit ac multis in locis nuper optimorum librorum auctoritate restitutum est; inveniuntur tamen perfecta:

- accurri cf. accurrit Tac. hist. 3, 12 (Ha. adcurrit).  
 concurri cf. concurrerit Verg. Aen. 7, 224 etc.  
 decurri cf. decurrere Petr. sat. 64, 3 etc.  
 discurri cf. discurrisse Curt. IV, 15, 10 etc.  
 excurri cf. excurrerit Pl. Most. 359 (Ri. excucurrerit) etc.



incurri cf. incurristi Cic. or. 67, 224 etc.

intercurri, ubique.

occurri Hor. Ep. I, 1, 95 (Bentl. occurro).

percurri cf. percurrisse Hor. Od. I, 28, 6 etc.

praecurri cf. praecurrerat Caes. b. c. 3, 80 etc.

procurri cf. procurrerunt Caes. b. G. 7, 26.

succurri, ubique.

transcurri Curt. VI, 9, 16.

Rarius alia perfecta in compositis reduplicationem servaverunt cf.

superecēdi Vulg. Ps. 57, 9.

percecēdi Flor.

praececinit Tert. de idol. 15.

admemordit Pl. ap. Gell. VI (VII), 9.

repupugi Caper ap. Prisc. G. L. II, 524, 11.

despopondisse Pl. Trin. 603.

désponderat Pl. fr.

attetendit Apul. Met. 2 p. 16.

attotonse Verg. Catal. 8, 9.

detotonderat Varro Magn. talent. ap. Prisc. G. L. II, 482, 7.

praetotondi Apul. Met. 5 p. 172, 30.

In quibusdam perfectis, cum particula re(d) compositis, quae radicis initialem plerumque reduplicatam exhibent, dubitari potest, utrum reduplicatio haec ex repetitae syllabae contractione an ex finalis d particulae re(d) assimilatione derivanda sit cf.

reccēdit Ov. remed. am. 611; Her. 14, 46; Prop. IV (V), 8, 44; Juven. 12, 54 (=reccēdit).

reccēdimus Ov. Met. 10, 18.

reppūli, fere ubique cf. Pl. Bacch. 633; 967; Luc. Ph. 1, 499 etc.

reppēri, fere ubique cf. Pl. Rud. IV, 3, 87 (Fl., al. rēpēri-rem); C. L. Aquil. 1; Verg. G. 2, 22; Luc. Phars. 5, 386 etc.

rettūdi Phaedr. IV, 24, 22 (Or.).

rettūli, ubique.

Inveniuntur enim, etsi rarius, etiam praesentia, tali reduplicatione aucta cf.

recċido Lucr. I, 857. 1063; 5, 280 sq. Ov. Met. 6, 212.  
reppello, minus certum.

cf. etiam red-do.

Semper perfecta (cĕ)culi, fefelli, (fi)fidi, peperci, pependi (a pendĕre), scicidi, tetigi in compositis reduplicationem abiiciunt; pepigi, peperĭ (a pario), pepĕdi, pependi (a pendĕre) et tetini cf. tetini, isti etc. Diom. G. L. I, 366, 23 sq.

tetinerim T. L. Pac. 172.

tetinerō Fest. 252.

tetinerit T. L. Att. 39.

tetinisſe T. L. Pac. 226.

in compositis omnino non reperiuntur. Fīdi etiam simplex reduplicatione ubique caret; — cūli et — pĕri (a pĕrio) nonnisi in compositis extant. Scicidi cf.

scicidi, isti etc. Prisc. G. L. II, 517, 6.

scicidimus C. L. Naev. 94.

scicidistis C. L. Afran. 227.

sciciderit Enn. Tr. 334.

sciciderat Att. Sotad. 1.

et tetuli cf.

tetuli, isti etc. Charis. G. L. I, 278, 6; Diom. ibid. 441, 3 sq.

tetuli Enn. Tr. 274; Pl. Bacch. 811; 960 etc.

tetulisti Enn. ann. 56; T. L. Att. 116; C. L. Caec. 75.

tetulit Ter. Andr. V, 1, 13; Pl. Bacch. 482; Men. 381; Most. 471. C. L. Pall. i. i. 52 etc.

tetulerunt Lucr. 6, 672.

tetulissem Ter. Andr. IV, 5, 13.

cf. cōmptionalis Cic. ep. 7, 29; Pl. Bacch. 976.
- vulg.:
- abĕmito (=auferto) Fest.  
deremendum Mar. pap. dipl. 67, 1.  
exemat Flor. Dig. 2, 7, 3.  
interemit Verg. Aen. 10, 428 (M. P. R.); Pap. Hercul. 6, 6.  
interemunt Ver. Plin. 19, 2; 29, 22.  
interemat Bob. Front. 77, 26.  
interemendi Bob. Comm. in Cic. orr. 95, 19.  
peremit, -mitur, -mi Flor. Dig.  
peremunt Ver. Plin. 26, 11.  
peremat Cato 81, 5.  
redemere Form. Andeg.  
redemeret Fuld. Tit. 2, 14.  
v. Schuchardt II, 19—20; III, 171.  
cf. sp. redemir, pr. rezemer, vet. fr. raembre etc.  
Post. co(n)-, de-, .pro-, su(s)- ĭ in antecedentem vocalem  
diluitur cf.  
cōmo, cōmpsi, cōmptum, sensu componendi.  
dĕmo, dĕmpsi, dĕmptum  
prōmo, prōmpsi, prōmptum, vulg. prūmptum  
sūmo, sūmpsi, sūmptum cf. tamen  
surĕmi T. L. i. i. f. 235 etc.
- făcis, ĩt etc. et făcĕre, in compositis cum praepositionibus —  
ficis, vulg. — fĕcis etc. cf.

defecis Rossi J. 943.

defecit Verg. G. 3, 96 (M); Aen. 4, 689 (Mγ); 6, 134  
(Pal.); Aen. 2, 505 (γ); Ver. Plin. 19, 18.

defecite Sess. Aug. Spec. 109, 31.

defeciet Clar. Epp. Paul. 521, 19.

effecit Verg. Aen. 1, 160 (M).

infecit Verg. Aen. 12, 418 (M).

offecere Flor. Dig. 2, 2, 2.

profecere Mar. pap. dipl. 62, 14.

suffecit Pap. S. Avit. fo. 6 v 11.

v. Schuch. II, 5 et III, 164; Ribb. Prol. in Verg. etc.

Contra

concalficimur Cic. ap. Non. 92, 22.

iăcis, ĩt etc. et iăcĕre, in compositis -iĕcis etc. cf. tamen  
circumiăcĕre Liv. 33, 18.

endoiăcito XII Tab. ap. Fest. (s. v. struere).

interiaciebat Tac. ann. 2, 10.

praeiăcĕre, fere ubique, sed

praeiicientes Fest. 249 (s. v. pone).

subteriăcĕre Pall. Febr. 18, 1.

superiăcĕre, plerumque.

transiăcĕre Sol. 52, 46.

Pro -iĕcis etc. (ap. Lachm. ad Lucr. -jĕcis etc.) in libris saepi-  
ssime -icis etc. scriptum est, quorum i haut raro  
positionem non facit et cum antecedente vocali in  
diphthongum coalescit cf.

ăbĭciam C. L. Naev. 94.

ăbĭcienda Ter. Ad. IV, 7, 26.

ădĭcis C. L. Pall. i. i. 86.

ădĭce Sen. Med. 527.

ôbĭcis Luc. Ph. 8, 796.

ôbĭcit Luc. Ph. 9, 188.

ôbĭciunt Pl. Trin. 1124.

ôbĭcias Pl. Asin. 814.

ôbĭciemus Pl. Mil. 148.

sübĭcit Luc. Ph. 7, 574.

- sūbīci ibid. 8, 740.
- et cum synaloephe:
- coīcītis Pl. Merc. 932.
- coīcēre C. L. Afran. 216.
- deīcis C. L. Laber. 119.
- cf. decientes (= deīc..) C. I. L. I, Menol. rust. Vall. Dec. 18.
- eīcit Lucr. 3, 875; 4, 1272. T. L. Att. 378.
- eīciat Ter. Andr. II, 3, 8 (bis).
- eīciebantur Enn. Tr. 30.
- proīciet Sen. Phoen. 426.
- proīceret C. L. Afran. 348.
- reīcio etc. ubique ap. Pl. v. Lachm. ad Lucr. 3, 863.
- reīce Verg. E. 3, 96.
- reīcis Stat. Theb. 4, 574.
- reīciat Ter. Ph. IV, 5, 5.
- reīcēre ibid. Prol. 18.
- Post dis- et por- prior i plerumque assimilata reperitur cf.
- dissīcere Verg. Aen. 1, 70; 7, 339; 12, 308.
- dissīcis C. L. Naev. 57.
- dissīce C. L. Caec. 237.
- dissīciebatur Lucr. 3, 639.
- porrīcis, it etc.
- cf. porricīae, arum Arnob. 2, 231 etc.
- Vulg. -īēcis etc. pro -īicis etc. cf.
- adiēcērentur Goth. Ev. 44 b 12; 319 b 15.
- coniēcīt Pl. Mil. 112 (Lachm.) etc.
- coniēciant L. Serv. p. 62 cf. C. I. L. I, 198, 50.
- deiēcīt Cael. Antip. ap. Non. 89, 6; Verg. G. 1, 333 (M. R);  
Aen. 8, 428 (R); 10, 753 (R); 11, 642 (c); Fl. Dig.  
(saepius) etc.
- deiēcērentur Caes. b. g. 4, 28 (Lachm.).
- eiēcīt Lucr. 2, 951; Varro sat. 188.
- eiēce Vulg. Apoc. 11, 2.
- iniēcīent Goth. Ev. 362 a 2.
- obiēcīt Verg. Aen. 6, 421 ap. Prisc.

- obiěciemus Flor. Dig. 47, 20, 3.  
 proiěcit Verg. Aen. 5, 776 (c).  
 proiěcere Bob. Aug. Serm. 25, 11.  
 proiěce Goth. Ev. 38 b 15.  
 proiěcietur Sess. Aug. Spec. 28, 27.  
 traiěcere Lucr. 3, 513.  
 traiěcit Verg. Aen. 9, 634.  
 v. Schuch. II, 4; Lachm. ad Lucr. 2, 951; Ribb. Prol. in  
 Verg. etc.
- lěgo, ys etc. et lěgěre, in compositis -ligo, cf. tamen  
 allěgo, ubique.  
 interlěgo (Verg. G. 2, 366); Pall. etc.  
 intellěgo } in optimis codicibus et inscriptionibus.  
 neglěgo }  
 perlěgo (pellěgo) fere ubique, cf. tamen  
 perlige C. I. L. I, 1306.  
 pellige ibid. 1007.  
 praelěgo, ubique.  
 relěgo, fere ubique, cf. tamen  
 religant Verg. G. 3, 212 (F. R.); Fleetw. 447, 2, 12.  
 retrolěgo Quint.  
 sublěgo, ubique.  
 translěgo Pl. Asin. 750.
- Vulg. etiam in aliis compositis cf.  
 collegat Verg. E. 9, 63 (c); Mone Mess. VIII (33, 24).  
 collegerentur Pap. S. Avit. fo. 7.  
 delěgo Verg. G. 4, 540 ( $\gamma$ ).  
 delegete Mone Mess.  
 dilego (= del-), -is, -am Goth. Ev.  
 elěgitur Verg. G. 4, 296 ( $\gamma$ ); Aen. 7, 274 (c).  
 elěgere Amiat. Cap. Act. App. 41; 15, 22.  
 elegeret Nouv. trės. d. dipl. 3, 209.  
 elegi Vind. Liv. 43, 9, 11.  
 v. Schuch. II, 12 et III, 167; Ribb. Prol. in Verg. etc.  
 (věno, is etc.), in Cj. Prs. compositorum quorundam cf  
 advěnat Pl. Ps. 1030.

convēnam Pl. Bacch. 348.

convēnat Pl. Trin. 582.

convēnant Pl.

evēnat Enn. Tr. 235; Pl. Trin. 41; Mil. 1010; Bacch. 144 etc.

evenant Pl. Most. 395.

pervenam, -as, -ant Pl.

provenant Pl. Most. 414.

Inserta n (v. s. pango, tango etc.), tertiam coniugationem sequitur frango, is etc. et frangēre, in compositis -fringo, cf. tamen affrangēre Stat. Theb. 10, 47.

Incohativa praesentis et infinitivi forma invenitur in:

(āpisco, is etc. et āpiscēre): adeptisco, -it Gl. ap. Mai Cl. Auct.

6, 503 a, alias deponens āpiscor, ēris etc. et apisci;

in compositis -īpisco(r), vulg. -ēpisco(r), v. s. et

adeptiscor Bob. Charis. G. L. I, 294, 20.

adhepiscenda Mar. pap. dipl. 64, 38.

adebisci Pard. 361, 6.

v. Schuch. II, 27.

(fācisco): profīcisco, is etc. et proficiscēre Pl. Mil. 1329; C. L.

Turp. 81, plerumque deponens proficiscor etc.

Reduplicatione olim usum fuit praesens

sīdo (= sīsēdo, sisdo) cf. gigno (= gīgēno), gr. γίγνομαι et

γίγνομαι; ἴζω (= σῖδ-jω = σῖσεδ-jω). Etiam

in sanscrita lingua specialia tempora radices sād e

themate sīd (= sī-sād) formantur. Sīdo, ut gigno,

sisto etc. sensum transitivum adsumpsit.

Pft. sīdi cf. tamen s. sēdi.

In primam coniugationis classem transiit Part. Praes.

ēlīgans, tis adi. (= ē-līgens), vulg. ēlīgans et elegens cf.

eligantem Amiat. Ebr. 11, 2, 3 etc.

elegenter Flor. Dig. 120, 24 (Mo).

cf. etiam eligantia C. L. Turp. 99.

Secundam coniugationem sequitur:

sēdeo, ēs etc. et sēdēre, in compositis -sīdeo, cf. tamen

circumsēdeo, ubique.

persedeo Liv. 45, 39.



supersedeo, ubique.

et vulg.:

dissent Darmst. Censor. 81, 9.

possedeat Or. 4360 Hz.

possed(e)atur Rossi J. 980.

possedeo etc. saepissime in libris.

resedeant Mar. pap. dipl. 77, 39.

resederet Lugd. Cod. Theod. 6, 3, 4; Form. Andeg. etc.

cf. adseduo, a, um etc.

v. Schuch. II, 8 et III, 166.

Quartae coniugationis formationem admittunt:

(āpio, iunt etc.), in composito

coepio Pl. Men. 960 (= co-īpio).

Cj. coepiam C. L. Caec. 90; Cato 73, 15; Pl. etc.

coepias Pl. Trin. 1052 (al. coapias).

coepiat Pl. Truc. II, 1, 23.

căpio, iunt etc.; de compositis v. s., cf. etiam vulg.

capire Mar. pap. dipl. 115, 1, 9.

accepire Mone Mess. IV (22, 12).

recepire Mar. pap. dipl. 66, 23; Pard. 433, 26.

suscipire Mone Mess. III (19, 15).

Imp. incipi! Verg. G. 1, 230 (R.).

praecipit! Sess. Aug. Spec. 29, 4.

cf. it. concepire etc.

v. Schuch. I, 407—8.

făcio, iunt etc.; de compositis v. s.; cf. etiam vulg.

facire Nouv. tr s. d. dipl. 3, 297; Mar. pap. dipl. 66, 32;

Pard. 361, 62 etc.

satisfacire Pard 424, 28.

sufficirent Ver. Sulp. Sev. 158, 10.

ăicio, iunt etc.; de compositis v. s.; fortasse etiam

ămicire (= amb-iicire), cf. amicimen etc.

Pft. ămicivi Fronto etc., sed

amicuit Brut. laud. Claud. ap. Diom. G. L. I, 367, 26.

amixit Varro cynorhetor.

Sup. amictum cf. amictus, ūs etc.

(lĕgĭre), vulg. cf.

elegire Pard. 435, 23.

cf. pr. ligir, fr. lire.

(sĕdĭre), vulg. cf.

sedito! L. Jul. mun. cf. C. I. L. I, 206, 138; tab. Heracl.

(Mus. Rh. 8, 480).

sedit Amiat. Apoc. 7, 10 et 15.

sedibat Verg. Aen. 12, 520 (M).

possedire, possidire, saepius v. Mar. pap. dipl.; Pard.; Form.

Andeg. etc.

resedire Mur. Antt. it. V, 367, 7; Form. Andeg. etc.

cf. vet. picard. seĭr.

vĕnio, ĭs etc. et vĕnĭre.

Supra iam significavimus, multas sanscritae linguae radices, in simplicem consonantem desinentes, in perfecto reduplicato ante leviores terminationes i. e. in singulari Parasmaipadi (Activi) vocales ĭ, ũ et r. Gunaee incremento augere, scilicet, anteposita ă, in ē (= ăi), ō (= ăū) et ar mutare. Eae vero radices, quae, a consonante incipientes, vocalem radicalem ă ante simplicem consonantem finalem habent, hanc vocalem in prima singularis persona ad arbitrium, in tertia necessario produciunt seu Vrddi instruunt. Eadem ratione secundum graecae linguae perfectum, ante simplicem consonantem finalem, ĭ plerumque in *oi*, ũ in *ev*, o in *ω*, ă in *ā* vel *η*, rarius in *ω* amplificat, attamen auctum hoc thema per omnes activi generis modos et personas conservat. Gothica lingua partim sanscritae, partim graecae legem sequitur: octava enim et nona Grimmii coniugationes, quarum verba radicales vocales ĭ et ũ exhibent, in singularis tantum personis eas, anteposita ă, in *ai* et *au* augent, in dualis vero et pluralis personis, ut sanscrita lingua, immutatas retinent; septima autem coniugatio, verba cum radicali ă complectens, hanē omnibus in personis in ō (= ā) producit, qua in re cum graeca optime congruit. Verum utraque augendae vocalis radicalis ratio etiam ante

duplicem consonantem reperitur v. c. *kráust* (= stridit); *vōhs* (= crevit). In omnibus tamen his verbis reduplicativa perfecti syllaba abiecta est, cuius rei causa inde petenda videtur, quod syllaba radicalis, vocalis amplificatione aucta, maiorem pronuntiandi vim in se vertebat. Denique latina nobis lingua novem eiusmodi verba praebet, quae omnia, abiecta reduplicacione, in perfecto primitivam radicis vocalem producunt et omnes per personas productam retinent, scilicet *fōd*, *fūg*, *fūd*, *līqu*, *ōd*, *rūp*, *scāb*, *vīd*, *vīc*. Vocales *ī* et *ū* longae e diphthongis *ēi* et *ōu* (= *āi* et *āu*) ortae sunt, quae in vetustioribus inscriptionibus, etiam melioribus in libris haut raro inveniuntur; *ō* longa, ut in graeca et gothica lingua, ex *ā* obscurata est, quam solum *scābi* servavit cf. *fōd-io*, *fōdi* cum gr. *βάθ-ος* (= profunditas), lit. *bad-au* (= fodio); (*ōd-io*), *ōdi* cum goth. *hatjan* etc. Latina igitur lingua in abiicienda repetita syllaba cum gothica, in retinenda per omnes personas vocalis radicalis augmentatione cum graeca lingua consentit. Nec verò praetermittendum videtur, in latina quoque lingua duo servatae reduplicacionis exempla reperiri, *tūtūdi* et *pūpūgi*, de quibus v. s. pg. 27. Contra sanscrita et graeca lingua iam olim in perfecto *vēda*, gr. *οἶδα* pro *vivēda* a radice *vīd*, quod praesentis vice fungens in sciendi sensum transiit, reduplicacionem amiserunt. Sequentis tabulae inspectio praeclararum quattuor linguarum consensum etiam in huius generis perfectis optime docebit.

Sanscrit.	Graec.	Gothic.	Latin.
Sg. 1. <i>tutōda</i>		<i>stáistáut</i>	<i>tutūdi</i>
Pl. 1. <i>tutūdima</i>		<i>stáistáutum</i>	<i>tutūdimus</i>
Sg. 1. <i>buhōga</i>	<i>πέφευγα</i>	<i>báug</i>	<i>fūgi</i>
Pl. 1. <i>buhūgima</i>	<i>πεφεύγαμεν</i>	<i>bugum</i>	<i>fūgimus</i>
Sg. 1. <i>rirēca</i>	<i>λέλοιπα</i>	<i>láihtv</i>	<i>līqui</i>
Pl. 1. <i>ririćima</i>	<i>λελοιπάμεν</i>	<i>laihtvum</i> (= <i>lihtvum</i> )	<i>līquimus</i>
Sg. 1. <i>vēda</i>	<i>οἶδα</i>	<i>váit</i>	<i>vīdi</i>
Pl. 1. <i>vidma</i>	<i>ἴδμεν</i>	<i>vitum</i>	<i>vidimus</i>
Sg. 1. <i>tatrāsa</i>	<i>κέκρωγα</i>		<i>scābi</i>
Pl. 1. <i>tatrasima</i>	<i>κεκρωγάμεν</i>		<i>scābimus</i>
	<i>ἔρωγα</i>	<i>skōp</i>	<i>fōdi</i>
	<i>ἔρωγάμεν</i>	<i>skōpum</i>	<i>fōdimus</i>

Novem, quas supra enumeravimus, radices, ad hanc classem pertinentes, praeter scāb a simplici consonante aut a vocali incipiunt et in simplicem consonantem omnes desinunt, nam quae pro simplici habenda est. Tres vocali radicali ĭ utuntur; totidem ū, duo tantum ǒ, una scāb ǎ exhibet. Perfectum ǒdi praesentis vice fungitur; de forma odedere Verg. Aen. 7, 327 (M) v. s. — Scābi e plusquamperfecto scāberat coniciendum est, quod Priscianus (G. L. II, 507, 1) e Lucilii saturis affert (9, 26 Dousa). Cetera perfecta passim obvia sunt.

Perfectum in -si unicum invenitur:

(fūsi = fūd-si) cf.

difūsisse Ed. Diocl.

Supina post tenuem in -tum, post mediam in -sum aut -ĭtum formantur:

in -tum:

hctum (= liqu-tum), vulg. in compositis -lectum cf.

delectum Amiat. Cor. I, 6, 7.

dilectum Bob. Front. 81, 2; Darmst. Censor. 60, 18;

Vind. Liv. 42, 23, 8.

delecti etc. Sess. Aug. Spec. (saepius); Mone Mess. V (26, 22).

dilectorum Mone Mess. p. 39.

relecta Arc. 1. Grom. 22, 1.

v. Schuchardt. II, 51 cf. etiam I, 298.

rŭptum.

vĭctum, vulg. etiam vectum, vittum, vĭtum cf.

Vector etc. Momms. J. Helv. App. 26 et 27; Fröhner J. terr. coct. vas. 2073.

evectione Flor. Dig. 45, 1, 102.

Vittorius etc. Grut. 489, 1 (quinq̄ies) etc.

Vittoria etc. Grut. 715, 9; Mai J. Chr. 453, 8; 454, 7.

Vittorinae Grut. 70, 3.

invito (= invicto) Donat. 17, 3; Da Schio Le ant. iscr. trov. in Vicenza 16 (p. 312).

vitor Verg. Aen. 5, 484 (V.).

Vitorius etc. C. I. L. I, 1160; J. N. 1020 et 1021 etc.

Vitoria etc. Grut. 840, 9; J. N. 1020 et 1021; 5002;  
6186 etc.

Vitori J. N. 6672.

in -sum:

fōssum (= fōd-tum), vulg. fōsum, fūs(s)um cf.

fussor Mur. 1970, 4.

confusus (= confosus) Bob. Comm. in Cic. orr. 104, 20;

Bob. Sacr. Gall. 319 b 26.

fūsum (= fūd-tum), vulg. fussum cf.

confussus Mar. Vict. 2456; Verg. Aen. 6, 504 (γ).

infussa Verg. Aen. 4, 250 (γ).

refussa ibid. 1, 126 (γ).

cf. tamen

exfūti (= effusi) Fest. 81.

v. etiam fūtire, fūtilis, e vulg. futtire, futtilis, e etc.

ōsum (= ōd-tum), vulg. ōssum cf.

exossus Verg. Aen. 11, 436 (P γ); 12, 818 (γ).

perossos ibid. 9, 141 (M).

v. ossor Pl. Asin. 859 etc.

osus sum deponent. C. Gracch. ap. Fest. 201 etc.

osus, a, um; osurus, a, um etc. activ., sed

exosus pass. Eutr. 7, 23.

perosus pass. Juvenc.

vīsum (= vīd-tum), vulg. vissum cf.

vissa Verg. Aen. 5, 637 (P)..

vissis ibid. 3, 172 (χ).

provissa Verg. G. 1, 167 (P).

in -itum

fūgītum, unde fugītāre, fugitivus, a, um etc.

(scābītum) e substantivo scabitus Petr. 99 coniiendum  
videtur.

Praesentia et Infinitiva plerumque tertiam coniugationem sequuntur, quattuor inserta n ante finalem radices consonantem cf.

fōdis, it etc. et fōdēre, vulg. etiam fūdēre cf.

fudito Verg. G. 2, 408 (P.).

efudiet Pard. 361, 3.

fūgīs, īt etc. et fūgēre.

(ōdēre et ōdērem ap. Charis. G. L. I, 257, 16; 19 et 21  
Keilius in odirem et odire mutavit.)

scābo, īs etc. et scābere etc.

inserta n:

fundo, īs etc. et fundēre, vulg. fidēre cf.

infidit (= infūdit) Bern. Val. Max. 138, 25 Ha.

cf. infidibulum Cato r. r. 10, 1; 11, 2; 13, 3; Pall.

7, 7, 2; Vitruv. 7, 8 (13), 2 etc., al. infudibulum.

linquo, īs etc. et linquēre.

rumpo, īs etc. et rumpēre, vulgo etiam in supino  
rumptum cf.

abruptum Verg. Aen. 12, 687 (γ).

corruptum Pl. Tr. 116.

dirruptum Pl. Bacch. 306.

cf. etiam corruptor Pl. Tr. 240.

vinco, īs etc. et vincēre, vulg. etiam vencēre cf.

Vence(ntio) Rossi J. 503.

Provencia Mar. pap. dipl. 61, 17 etc.

cf. sp. pg. vencer, pr. vencer, vet. fr. venire etc.

it. sp. Provenza, fr. Provence etc.

Saeptius n elisa est cf.

provincia Mon. Ancyrae. 5, 11.

Vicenti Mai J. Chr. 409, 6 etc.

Contra in participio perf. pass. n exstat in forma  
exvincti (= evicti) Verg. Aen. 8, 285 (R).

Incohativa forma non reperitur, nisi in  
refugiscēre Commod. instr. 23.

In primam coniugationem transiit  
fōdāre cf.

fodantes Enn. ann. 496 (Fest.);

in secundam

video, ēs etc. et vidēre vulg. etiam vedēre cf.

vedens Sang. Ed. Roth. 27, 18.

vedetur Vind. Liv. 44, 38, 4; Mar.; Pard. etc.

vedirent (= viderent) Mone Mess.

cf. invede Grut. 928, 11.

inveda Le Blant J. Chr. 373 A.

provedus ibid. 428 etc.

cf. it. vedere, sp. pg. ver, pr. vezer etc.

v. Schuchardt II, 11 et III, 166.

in quartam:

fōdio, iunt etc., cf. etiam

fōdīri Col. arb. 30, 2; Cato r. r. 2, 4; Amm. 24, 6;

Dig. 45, 1, 75.

circumfōdīri Col. V, 9, 12.

exfōdīri Pl. Mil. 315; 374 (al. fodīri).

Pft. perfodivi Pl. Mil. 142 (Ri., libri perfodi).

fūgio, iunt etc., cf. etiam

fugire, effugire Sess. Aug. Spec. (saepius).

fugirent ibid. 67, 24.

fugiret Amand. Euseb. 199 a.

quaeritur qua de causa fugēre et non fugīre dicatur Prob.

G. L. IV, 185, 20.

effugīri C. L. Syr. sent. 815.

Pft. fugibi (= ivi) Or. 2830.

cf. ital. fuggire.

ōdio, īs etc. et ōdīre ap. Africanos etc., sed iam C. Gracch.

ap. Fest. 201.

cf. ōdies Tert. adv. Marc. 4, 35.

ōdientes ibid. 4, 16.

ōdiendi Apul. dogm. Plat. 3.

ōdīre, ōdīrem Charis. G. L. I, 257, 16 etc.; Prisc. G.

L. III, 528, 12.

ōdītur Tert. apol. 3.

ōdīri Cassiod. hist. eccles. 6, 2.

ōdīremur Hier. ep. 43, 2.

Pft. odīvit Ant. ap. Cic. fam. 13, 19, 41.

odiit Pal. Ev. 195 b 9.

(rumpire): conrumpire Pard. 435, 49.

(vidire, vedire), vulg. cf.

vidis Pal. Ev. 283 b 1.

vidit Amiat. Cap. Joh. 35 (bis); Form. Baluz.

vidimus Ver. Plin. 216, 15.

vedimus Mar. pap. dipl. 96, 7; 42.

vidite! Fuld. Joh. 1, 40; Ephes. 5, 15; Phil. 3, 2 (ter);  
Ebr. 3, 12; Bob. Aug. Serm. 45, 2; 57, 13; Mone  
Mess.; Pard. 425, 20 etc.

pervidire Arc. 1. Grom. 184, 5 etc.

Pass. veditur Mar. pap. dipl. 96 (decies) etc., Pard. 433,  
14 etc.

vedimur Mar. pap. dipl. 96, 34 etc.

cf. vet. picard. veïr.

v. Schuchardt. I, 258 etc.; II, 10; III, 166.

(vincire) Flor. Dig. 62, 7 Mo.

Supersunt duodeviginti radices, quae perfectum simplex sine ulla radice mutatione formant, scil. cand, cūd, fend, fīd, hend, īc, lamb, mand, pand, prand, psall, sall, scand, sīd, strīd, vell, verr et vert; e quibus cand (sic posui propter candere, candela etc.), fend et hend in compositis tantum reperiuntur, igitur in simplici statu reduplicato perfecto uti potuerunt, quod analogia perfectorum pependi et tetendi verisimillimum redditur cf. etiam cicindela, ae, apud Isidorum 12, 8, 6 cicindula (vulg. = candela) et graec. κέχανδα Il. ψ 268, Od. δ 96 = pre-hendi; κεχάνδει Il. ω 192 = pre-henderat. Perfectum salli sola grammaticorum auctoritate nititur; psallo, psallere non antiquitus traditum, sed e graeco verbo ψάλλω, ψάλλειν traductum est et perfectum psalli ad analogiam verbi vello, velli formavit; sīdi, e reduplicato praesente sīdo (= sisēdo) derivatum, cum sēdi confundebatur, quod vulgus sīdi pronuntiavit, et in compositis rarissimum est cf. resīdi Liv. 2, 29; resīderat Ov. Met. 7, 76 v. s. pg. 56. Reliquae radices, brevi vocali praeditae, cum iis, quae reduplicatum praeteritum servaverunt, ita congruunt, ut eas quoque in perfecto olim syllabam repetitam habuisse, pro certo credere liceat cf.



mand, pand, prand, scand, lamb cum spond, tond etc.  
 vell cum fall,  
 verr cum curr,  
 vert cum mord, pare.

Quodsi quaerimus, cur tanta talium perfectorum pars iam olim reduplicatione privata sit, e maiore radicum pondere id deducendum videtur, quae omnes duplicem in consonantem exeunt, quo factum est, ut syllaba radicalis praecipuam pronuntiandi vim in se verteret. Eodem modo duodecima gothicae linguae coniugatio, cuius radices et ipsae omnes duplici consonante finiuntur iam pridem reduplicationem abiecit, eo tantum a supradictis perfectis latinis discrepans, quod in dualis et pluralis personis, graioribus terminationibus oneratis, radicalem ä in ü obscuravit cf.

goth. fra-hant<sup>c</sup> (captive duxi) cum lat. pre-hendi,  
 fra-huntum cum pre-hendimus;

goth. varf<sup>c</sup> = verti,  
 vaurtum (= vurtum) = vertimus;

goth. band (nexui) cum lat. pandi,  
 bundum cum pandimus;

goth. ana-tramp (irruui) cum lat. lambi,  
 ana-trumpum cum lambimus;

et e vetere Germaniae superioris dialecto:

vet. germ. pi-wal (i. e. pi-wall = contaminavi) c. lat. velli,  
 pi-wullumēs cum vellimus;

vet. germ. scal (i. e. scall = personavi) c. lat. psalli,  
 scullumes cum psallimus;

vet. germ. war (i. e. warr = impediui) c. l. verri,  
 wurrumes cum verrimus etc.

Ex quinque radicibus, longam vocalem praebentibus, de sīd iam supra diximus; ic secundum Caprum (apud Prisc. G. L. II, 509, 23) olim brevi vocali utebatur et in praesente Guna aucta est, ut dīco = deico a radice dīc cf. iu-dex, icis; dīcāre etc. Similiter fīdo e feido cf. difeidens J. N. 4495, a radice fid contractum videtur cf. fides, is; perfīdus, a, um etc. Quod si ita est, radices ic et fid ad tertiam classem referendae sunt. De strīdo et cūdo nihil affirmare aūsim.

Nonnullae huius classis radices, praeter reduplicatum, etiam compositum perfectum formaverunt cf.

in -si

(cānsi = cand-si): incensit (= incens<sup>s</sup>erit) Fest. 107..

cūsi (= cud-si) Diom. G. L. I, 369, 2; Phoc. ap. Prisc. G. L. II, 515, 17 etc.

fīsi (= fid-si), veteres sec. Prisc. G. L. II, 420, 13.

vūlsi (= vell-si) cf. pulsi, perculti etc., saepius, etiam in compositis; arch. volsi cf.

avolsi Luc. Ph. 9, 762.

evulsi Flor. IV, 12, 38.

prae

vērsi (= verr-si), Serv. ad Verg. Aen. 1, 59 cf. Prisc. G. L. II, 532, 22.

aversit Varro sat. 144.

in -ui

mandui, nonnulli sec. Prisc. G. L. II, 419, 13 et 16.

De perfectis anomalis in -dedi v. s.

Psallo, sido et strido supino carent; composita verbi sīdere supinum a sedēre mutuantur, scil. -sessum; īco solum -tum integrum servat: īctum cf. etiam īctus, ūs etc. Etiam supina in -ītum rara sunt:

(fendītum) coniiiciendum videtur e glossa Philox.:

infenditor = σίνδιχος.

lambītum, unde lambitāre, lambītus, ūs etc.

(verrītum) cf.

converrītor Catull. ap. Apul. mag. 277, 13.

everrītor Fest. 77, 18 (al. everriator).

Reliquae radices supinum in -sum formant:

(cānsūm), in compositis -cēnsūm (= cend-tum).

cūsum (= cud-tum), vulg. cussūm cf.

incussus Verg. G. 1, 275 (A M P R).

(fēnsūm = fend-tum), in compositis, vulg.

(-fessūm) et (-fesūm) cf.

infessi (= infensi) Verg. Aen. 5, 587 (II).

defesori Fabr. 280, 178.

fīsum (= fid-tum), vulg. fissum cf.

cofisse! Verg. Aen. 5, 870 (R).

fīsus sum etc. sensu deponentiali usurpatur.

(hēnsum = hend-tum), in composito prehensum vel prēns-  
sum, vulg. (-hessum) et (-hinsum) cf.

compressa (= comprehensa) Verg. Aen. 2, 793 (γ); 6,

v. etiam compressa Vg. Aen. 6, 701 (c).

inrepraehinsibiliter Mone Mess. III (19, 7).

cf. vet. frc. wal. prins, frc. pris = prehensus etc.

mānsum (= mand-tum), vulg. massum, māsum cf.

masus = edax Pl. Gl. 485 (sensu deponentiali, v. i.).

masucius, massucus = edax Gl. Paul. 139; Vat. β 568

Garr. Insc. Pomp. XVI, 5, 50.

pānsum (= pand-tum), in compositis -pensum, cf. tamen:

dispansus Lucr. 1, 306; Plin. 9, 4, 8; Hist. Aug. II,  
139, 4.

propansus Apul. Met. VI p. 179, 14.

vulg. passum, haut raro etiam apud classicos, in compositis  
-pessum, cf. tamen

dispassus Gell. 15, 15.

expassum C. L. Caec. 198.

propassis Apul. flor. 365, 35.

prānsum (= prand-tum); vulg. prāsūm cf.

pransus sum etc. sensu deponentiali usurpatur.

prasor Insc.

prasmus Verg. cf. Wagn. Orth. Vg. 456.

sālsūm (= sall-tum) cf. falsum etc., in compositis -sulsum

cf. insulsus, a, um et praesulsus, a, um.

scānsūm (= scand-tum), in compositis -scēnsūm.

vūlsūm (= vell-tum) cf. pulsum etc., arch. volsum.

věrsūm (= verr-tum), arch. vorsum, v. c.

vorsa Pl. Ps. 164.

věrsūm (= vert-tum), arch. vorsum, vulg. in compositis  
-(v)ossum, -(v)ōsum, -ussum, -usum, interdum etiam  
apud classicos cf.

prossum (= provorsum), Pl. } saepius in libris.  
 russum (= revorsum), Pl. }

russus Verg. Aen. 2, 671 (b); 4, 531 (c); 4, 557 (F).

deosum (= devorsum), saepius in libris.

introsum Lucr. 3, 534.

prosum Lucr. 3, 44; C. L. Afran. 93; Pl. Trin. 1130 etc.

proso Avien. fab. 3.

cf. prosa, ae; prosalis, e etc.

prosus Enn. Tr. 143; Pl. Trin. 730; Varro 254, 15 (M).

rusum Lucr. 3, 1001; Pl. Trin. 182; Mil. 525 etc.

rusus Enn. Tr. 143; C. L. Naev. 89; Lucr. 5, 749 etc.

susum Cato r. r. 157, 15; Naev. ap. Non. 116, 30.

suso C. I. L. I, 199, 8.

susovorsum v. Corss. de pron. II, 43.

sus (= susum) Fest. 290.

cf. fr. sus.

cf. etiā:

advosem = advorsarium Fest. (M).

controvosias = controversias C. I. L. I, 199, 2.

unose = univorse T. L. Pac. 213.

Praesentia et Infinitiva plerumque tertiam coniugationem sequuntur cf.

(cando, ĩs etc. et candĕre), in compositis -cendĕre.

cūdo, ĩs etc. et cūdĕre.

(fendo, ĩs etc. et fendĕre), in compositis.

fīdo, ĩs etc. et fīdĕre.

(hendo, ĩs etc. et hendĕre), in compositoprehendĕre vel  
 prendĕre.

īco, ĩs etc. et īcĕre v. c. īcit Lucr. 3, 161.

lambo, ĩs etc. et lambĕre.

mando, ĩs etc. et mandĕre; etiā deponens mandor, ĕris etc.,

Prisc. G. L. II, 397, 1 cf. s. māsus, māsucius etc.

pando, ĩs etc. et pandĕre, in compositis rarius -pendo,

vulg. etiā -penno cf.

dispendĕre T. L. Pac. 19.

dispennite! Pl. Trin. 1407.

(propendo) cf. propessi T. L. Att. 255.

psallo, ĩs etc. et psallĕre, vulg. spallo etc. v. Schuch. II, 364.

sallo, ĩs etc. et sallĕre, rarius cf. Diom. G. L. I, 375, 19;

Prisc. G. L. II, 546, 9:

sallĕre Varro 5, 110; Lucil. 8, 8.

sallant Varro antiq. hum. 15.

sallĕrent Sall. hist. 3, 7.

scando, ĩs etc. et scandĕre, in compositis -scendĕre, sed

superscando Liv. 7, 36.

suprascando Liv. 1, 32.

sĭdo, ĩs etc. et sĭdĕre.

strĭdo, ĩs etc. et strĭdĕre Prisc. G. L. II, 443, 22, semper  
apud Verg.; Horat. etc.

vello, ĩs etc. et vellĕre, arch. vollĕre, cf.

convollĕre Charis. G. L. I, 193, 7 (non apud Keil.).

verro, ĩs etc. et verrĕre, arch. vorrĕre Ri. Pr. in Pl. Trin. 95.

convorram Pl. Stich. 374.

convorret Pl. Rud. 845.

revorram Pl. Stich. 389.

verto, ĩs etc. et vertĕre, arch. vortĕre, saepissime in libris.

In secundam coniugationem aberraverunt:

prandeo, ĕs etc. et prandĕre, etiam prandeor, deponens, Bern.

Cledon. 72, 4 cf. pransus sum = prandi.

strĭdeo, ĕs et strĭdĕre apud Lucan., Juven., Statium etc.

Pft. strĭdĭui, nonnulli, sec. Prisc. G. L. II, 419, 16;

in quartam:

pandire Le Blant J. Chr. 503.

sal(l)io, sal(l)ĭvi, sal(l)ĭtum, sal(l)ĭre, saepius usitatum, quam

sallĕre cf. Prisc. G. L. II, 571, 4 et

sal(l)ĭendorum L. Corn. Sisen. hist.

sal(l)ĭvi Prisc. l. l.

sal(l)ĭtus Corn. Sever. VIII de statu suo; Fabian. causs. III.

salliturus C. L. Nov. 117.

cf. salitura, ae Col.

Omnes igitur quattuor classium, a nobis perspectarum, radices, quae reduplicatum perfectum aut usque ad florentissima latinae linguae tempora integrum servaverunt aut varie iam pridem mutilaverunt, numero sexaginta octo sunt \*), quum circa centum radices perfectum cum -si compositum exhibeant, octoginta vero sine vocali intermedia -vi (ui) adsumant. Quas tres perfecti formandi rationes apud verba, non derivata, pariter admodum in usu quondam fuisse apparet; derivata tertiam solam admittunt. Nec reduplicatio, in tanta verborum copia a nobis demonstrata, rara post-hac vel anomala dici potest; immo insigni agnatarum linguarum consensu probatur, primitivam eam et unicam quondam apud Indogermanos et ipsos veteres Latinos perfecti formandi rationem fuisse. Quae sententia eo confirmatur, quod inter initiales earum radicum literas, quae apud Latinos reduplicationem olim admiserunt, omnes et consonantes et vocales, exceptis tantum g, n, qu, u, inveniuntur. Ac saepissime quidem tenues reduplicationem retinuerunt, scil. p (pr, ps) duodecies, c octies, t sexies; tum spirantes, scil. f (fr) novies, s (sc, sp, st, str) item novies, v sexies; reliquae non saepius, quam ter. Maxime labiales reduplicationem amaverunt, nam, additis tribus radicibus a m et una a b incipientibus, una et triginta radices labialem primo loco habent; septendecim dentalem ostendunt; ceterae literarum classes rarius in radicum initio reperiuntur. Quodsi varios syllabae repetitae casus referre iuvat: triginta eam perfecta integram servaverunt, undecim repetitam cum radicali syllaba contraxerunt, viginti septem reduplicationem omnino abiecerunt, scil. omnes eae radices, quae a vocalibus i et o, a consonantibus simplicibus h et r, a compositis pr, ps et str incipiunt; pleraeque a v et l ineuntes; rarius quae f, m et s simplicem, rarissime, quae p, c, t primo loco habent; nunquam vero radices a vocalibus a et e, a semivocali i et a mediis b et d incipientes, reduplicationem prorsus amiserunt.

Supra iam coniecimus, repetitae syllabae iacturam e graviore

---

\*) Curtius Temp. et Modi pg. 218 octoginta octo enumerat, additis viginti radicibus in u et v, quorum perfecta equidem cum fui composita esse alio loco demonstrabo.

syllabae radicalis pondere deducendam esse, quae aut natura longam, aut Gunaē vel Vrddis incremento productam, aut duplici consonante oneratam vocalem continens, maiorem pronuntiandi vim in se vertendo, antecedentem syllabam oppresserit. Quod e communi quattuor classium conspectu magis etiam patescit et certis legibus circumscribi potest, quas hic proponemus:

1) Eae radices latinae, quae duplici consonante finiuntur, nunquam in perfecto reduplicato Gunaē vel Vrddis incrementum admiserunt. Quae leviores vocales *ö* et *ü* continent, repetitam syllabam ubique servaverunt, scil. *mord*, *pose*, *spond*, *tond*, *curr*; quae gravioribus *ä* et *ë* praeditae sunt, plerumque reduplicationem abiecerunt, scil. *cand*, *mand*, *pand*, *prand*, *scand*, *sall*, *psall*, *lamb*, *fend*, *hend*, *vell*, *verr*, *vert*; excipiuntur *pend* et *tend*, nec minus *parc* et *fall*, quae tamen in perfecto syllabae radicalis vocalem *ä* in *ë* attenuant.

2) Eae radices, quae natura longam vocalem complectuntur, iam pridem reduplicationis iacturam fecerunt, scil. *ic*, *cüd*, *fīd*, *sīd*, *strīd*; excipiuntur *pēd*, quae e *pard* mutilata est, quam ob rem *pepēdi* = *peperdi* ad analogiam perfectorum *peperci* et *fefelli* explicandum est v. s., et *caed*, quae ae in *ī* attenuando radicalis syllabae pondus imminuit. Vide tamen de radicibus *ic*, *fid* et *sid* s. pg. 65.

3) Eae radices, quae vocalibus radicalibus *ä* et *ë* ante simplicem consonantem utuntur, et ipsae Gunaē vel Vrddis incrementum non passae sunt, immo ubique in perfecto reduplicato *ä* in *ë* vel *ī*, *ë* in *ī* vel *ü* attenuantes, atque ideo syllabae radicalis pondus minuentes, repetitam syllabam nunquam abiecerunt. Contractionem autem eae subierunt

a) quae a vocali incipiunt: *äg*, *ap*; *ëd*, *ëm*.

b) quae in tenuem exeunt: *cäp*, *fäc*, *iäc*; excipitur *dēc*.

c) quae a consonantibus *fr*, *l*, *s*, *v* ineunt, in ceteris classibus reduplicationem non retinentibus: *frag*, *leg*, *sed*, *ven*.

d) *scäb*, cuius perfectum *scäbi* ad veteris Germaniae superioris dialecti analogiam explicandum videtur v. s. pg. 60.

Reliquae huius classis radices reduplicationem integram servaverunt, scil. *päg*, *pär*, *cäd*, *cän*, *täg*; *pël*, *për*, *cël*, *tën*, *mën*, *dēc*, *tël*.

4) Eae radices, quae vocalem radicalem ĭ vel ŭ ante simplicem consonantem praebent, omnes olim in perfecto Guna auctae fuisse videntur; eae, quae ǒ exhibent, Vrddi. Postea vero conservatio syllabae repetitae, accentum in se vertentis, effecit, ut radicalis syllaba in quibusdam perfectis corriperetur cf. tutūdi, arch. tutūdi; pupūgi, sed pupūgerat v. s. Fīdi deinde reduplicationem abiecit, apud classicos etiam scīdi. Reliqua perfecta iam ante paenultimae correptionem repetitam syllabam amiserunt, scil. liqui, vīdi, vīci, fūdi, fūgi, rūpi, ōdi, fōdi, quorum ōdi fortasse e contractione ortum est.

---



## V i t a.

Natus sum Lubecae anno MDCCCXXXI Calendis Aprilibus, patre *Ernesto Deecke*, philosophiae doctore, qui postea quartae in Catharinea Lubecensi professurae munere functus est. Ab anno MDCCCXXXVII Catharinei classes elementarias et gymnasiales frequentavi, direttore *Fr. Jacobo*, cuius memoriam adhuc summa cum pietate et gratissimo animo prosequor. Anno MDCCCXLVIII Lipsiam me contuli, ut philologiae studio operam darem, et viros Ill. *Hauptium*, *Jahnium*, *Westermannium*, *Brockhausium* alios audivi. Inde post tria semestria Berolinum petivi ibique scholis virorum Ill. *Boeckhii*, *Curtii*, *Hertzii*, *G. Grimmii*, *Boppii*, *Weberi*, *Lepsii*, *Schottii*, *Trendelenburgii*, *Rankii*, *Ritteri* aliorum acerrimo studio interfui. Anno demum MDCCCLII militiae sustinendae causa in patriam reversus e *Fr. Jacobi* morbo infelici occasionem habui, per novem fere menses in prima gymnasii classe docendi. Exim mens. Oct. anni MDCCCLIV scholam Ernestinam puellarem regendam suscepi, cui adhuc praesum. Denique anno MDCCCLXIV civium favore in summum scholarcharum collegium cooptatus sum. Quod in tanta vitae contentione otii nactus sum, id comparativae grammaticae studio dicavi.

---

## Notae quaedam:

- G. L. = Grammatici latini ex rec. Keilii etc.  
T. L. = Tragicorum latinor. reliqu. }  
C. L. = Comicoꝝ latinor. reliqu. } rec. O. Ribbeck.  
R. L. = Latini sermonis vetust. reliqu. rec. A. E. Egger.  
C. I. L. = Corpus Inscriptionum latinarum ed. Mommsen.  
J. N. = Inscriptiones Regni Neapolitani ed. Mommsen.  
Enn. = Ennianae poesis reliqu. rec. J. Vahlen.  
Naev. = Naevii de bello punico reliqu. rec. J. Vahlen.  
Cat. = M. Catonis, praeter librum de re rustica, quae extant  
rec. H. Jordan.  
Varr. sat. = J. Vahleni in M. Ter. Varronis saturarum Menippearum  
reliquias coniectanea.

In citando Varrone de lingua latina et Festo Muellerum secutus sum; in Gellio Hertzius; in Plauto Ritschelium et Fleckeisenium, quoad eorum editiones suppeditant; in Terentio Bentleium; in Lucretio, Catullo et Tibullo Lachmannum; in Vergilio Ribbeckium, cuius Prolegomena magnam lectionum varietatem praebent; in Horatio et Ovidii Metamorphoseon libris Hauptium; in Plauti Epidico, Propertio et Manilio Jacobum; in Lucano Weberum; in Tacito Haasium etc.

De vulgaris sermonis latini fontibus v. Schuchardtium I, 6—17 et III, 2—4.

---